

ad defensionem se obtulerint in iuditio ad defensionem rei
petite, tunc actor petens dictam possessionem aptare debeat
suam petitionem etiam in persona warentis seu defensoris,
non tamen desistendo a possessore. ¶ Ita quod tam possessor
quam warentes teneantur in iuditio respondere petenti occa- 5
sione dicte petitionis, et sic de warente in warentem procedi
debeat, et aptari petitio tam diu quam diu persona rea vel
warens contra quem agetur citaret suum warentem, ut supra
dictum est [et] haberet causam citandi; et donec vuarens non
comparuerit in iuditio, tempus datum ad conducendum vuaren- 10
tem remanet in eode[m] statu et pendet donec dictus vuarens
198 B seme[1] bis citatus // fuerit in placitis et tertio cridatus, et
post terminum dicte cride ad proximum diem placitorum; que
citationes et cride fieri debeant post terminum datum ad con-
ducendum vuarentem in proximis placitis duobus, et crida 15
proxime post dictas duas citationes in diem dominicum se-
cundum formam statuti, et sententia feratur per dominium
condempnatoria vel absolutoria tam contra possidentem quam
contra warentes qui venerint in iuditio ad defensionem dicte
rei petite; et dicta sententia executioni mandetur, si fuerit 20
condempnatoria contra possidentem; et dicta tali sententia
executioni mandata, possessor qui amisserit dictam possessio-
nem et citari fecerit suos vuarentes, ut predictum est, regres-
sum habeat contra dictos vuare(re)ntes secundum tenorem
suorum instrumentorum et iurium secundum formam statu- 25
torum civitatis Tergesti. ¶ Insuper si aliqua possessio in iuditio
pecietur ab aliqua persona, et ipsa persona petenti denuncia-
verit in termino locato ad conducendum suum vuarentem vel
ante protestationem litis verum dominum dicte possessionis
petite, tunc actor agens agere debeat si vult contra talem do- 30
minum sic denuntiatum, si cognoscetur coram dominio Ter-
gesti tantum occasione dicte possessionis, et persona denun-
tians non teneatur in aliquo respondere, nec aliqua novitas
199 A fieri debeat contra talem qui de- // nuntiavit. ¶ Si vero aliqua
persona cesserit vel reffutaverit alicui persone aliquod suum 35
ius quod haberet contra aliquem suum warentem de aliqua
possessione, quod ipso iure sic cesso nullum ius conpetit